



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

36. de impedime[n]tis concomitatibus matrimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

citas nuptias ex personis illicite coniunctis,  
honesto placito subsequente, manifestum est:  
dicitur esse intelligendum de concubinis,  
quas concedit posse transire ad honestum.  
placitum nuptiarum, si castitatem & fidem  
seruare velint.

### DE IMPEDIMENTO conditionis.

DISTINCT. Trigesimæ sextæ  
CAP. Primum.

Error conditionis potest dirimere ma-  
trimonium contractum.

*Hætenus*  
de impedi-  
mentis præ-  
cedentibus  
matrimo-  
niū cōtrahē  
dū et con-  
tractū sub-

29.q.2  
si fœmi  
na. **D**icitur: Si quis ingenuus homo ancillā  
alterius, vxorē acceperit, & æstimat quod  
ingenua sit, si ipsa fœmina fuerat post-  
ea in servitutem deiecta, si eam à servitute  
redimere potest, redimat: si non potest, si vo-  
luerit, aliam accipiat, &c. Si enim conditio-  
nis dolor patitur, non cogitur adhærere ei  
cuius fraude deceptio facta est. Si autem vir  
scierit conditionem mulieris, vel econuerso,  
non valet eam dimittere.

ibid. c.  
si quis  
liber. CAP. Secundum. Inter seruos coniugium  
contractum, ratum habetur.

**I**Ta de hoc statutum est: dictum est nobis,  
quod quidam legitima seruorum matri-  
monia, potestatiua quadam præsumptio-  
ne dirimunt, non attendentes illud, Quod  
Dens coniunxit, homo non separet. Vnde

285. 5

E P I T O M E

nobis visum est , vt coniugia seruorum non *Mat.19*  
dirimantur , etiam si diuersos dominos ha-  
beant: sed in uno coniugio permanentes, do-  
minis seruant suis. Et hoc in illis obseruan-  
dum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per vo-  
luntatem dominorum. An autem seruus &  
ancilla præter voluntatem dominorum suo-  
rum possint coniugium cōtrahere, doctorū  
diuersa est sententia.

C A P. Tertium. Seruitus sequens,  
matrimonium non dirimit.

**V**NDE illud: Perlatum est ad sanctam sy- *ibid. c.*  
nodum, quod quidam ingenuus inge- *perlati*  
nuam acceperit vxorem , & post filio-  
rum procreationem, occasione diuortij, cu-  
iusdam seruum se fecerit, ytrum & mulierem  
necessariò tenere debeat: & si renuerit, an il-  
la etiam seruituti subiici debeat , quæsum  
est. Iudicatum vxorē minimè debere dimit-  
ti: non tamē ob Christi legem mulierem in  
seruitutem redigi, dum ille non ex consensu  
coniugis se seruum fecerit, quem liberum ip-  
sa maritum acceperat.

C A P. 4. Aetas illegitima impedit  
matrimonium contrahendum,  
& dirimit contractum.

**H**Oc etiam sciendum est, quod pueri an-  
te 14. annos, & puellæ ante 12. sec. le-  
ges matrimonium iure cōtrahere ne-

queunt. Quod si ante praedicta tempora co-  
30.q.7 pulam inierint, separari possunt, quanuis vo-  
tarag. luntate & assensu parentum iuncti fuerint.  
*Sponsalia* Item: Sponsalia ante septennium contrahi-  
non possunt, solo enim consensu contrahun-  
tur, qui interuire non potest, nisi ab alterutra  
parte intelligatur quod inter eos agitur.

**D E I M P E D I M E N T I S Q V I-**  
bus personę fiunt illegitimae ad con-  
trahendum. & primò de  
impedimento  
ordinis.

**D I S T I N C T .** Trigesimæ septimæ  
**C A P .** Primum.

*Aliqui sunt ordines qui impediunt  
matrimonium contrahendum,*

*alij autem non.*

d.32.c. **L**eo papa: Cléricos, lectors, ostiarios,  
exorcistas, acolytos, si extra votum &  
habitum inueniuntur, & continentiam  
profiteri nolunt, vxorem ducere virginem  
Ecclesia Romana permittit, non viduam vel  
repudiatam: quia deinceps nec ad subdiacono-  
natum prouehi poterunt, nec laicus vxorem  
sortitus, nisi virginem, vel bigamus ad cleri-  
catum. Item ex Cartaginensi conc. Placuit épi-  
ca.pla-  
cuit. scopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos,  
etiam ab vxoribus abstinere. Quod si non fe-  
cerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur

204.6.

275.▲